

Psalmus responsorius

Ps 62, 2abcd. 2e-4. 5-6. 8-9 (R̄: 2b)

R̄. Sitívit in te ánima mea, Dómine, Deus meus.

² Deus, Deus meus es tu,
ad te de luce vígilo.
Sitívit in te ánima mea,
te desiderávit caro mea. R̄.

In terra desérta et árida et inaquósa,
³ sic in sancto appáruí tibi,
ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.
⁴ Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas,
lábía mea laudábunt te. R̄.

⁵ Sic benedícam te in vita mea
et in nómine tuo levábo manus meas.
⁶ Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea,
et lábiis exsultatiónis laudábit os meum. R̄.

⁸ Quia fuísti adiútor meus,
et in velaménto alárum tuárum exsultábo.
⁹ Adháesit ánima mea post te,
me suscepit délixtera tua. R̄.